Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

et iudicia sua non manifestabit eis. Q

Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna: laudate eum stelle et lumen. Laudate eum celi celorum: et aque super celos sunt laudent nomen domini. Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. Statuit ea in sclm et in sclm scli: preceptum posuit et non preteribit. Laud dnm de terra dracones et omnes abyssi: ignis grando nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius. Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri. Bestie et universa pecora: serpentes et volucres pennate. Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre. Iuuenes et virgines senes: cum iunioribus laudent nomen dni: quia exaltatum est nomen eius solius.